(β) In iis Verbis, quæ in præt. Kal ו pro (-) habent, illud, manente tono, ibi retineatur [x]; tono vero ablato, transeat in (ָ) hhatuph [y].

2. *Afformativum* Ebræorum ָה *Præteritorum* fœm. *interdum*, ad formam Chaldaicam, *mutatur in* ת, præcedente (-) [z]; & in Quieſcentibus tertia, præeunte (ָ) [a]. Quod

(ב) ָת pro ָה etiam in Nominibus obtinet [b].

Obſ. 3. *Formæ* Verborum occurrunt *mixtæ*, ex diverſis non tantum Temporibus, ac Generibus; ſed variis Conjugationibus, ac diſtinctis Radicibus. יוֹלֵדֶת

אָכֹשׁ יָבֵשׁ

CAP. VI.

DE

VERBO IMPERFECTO.

§. 43.

VErba Imperfecta ſunt, *quorum* litera *radicalis, a qua Imperfecta denominantur, inter*

(x) יָכֹלְתִּי *potui.* (y) יְכָלְתִּיו *prævalui ipſi.*
(z) אָזְלַת *abiit.* (a) וְקָרָאת *& vocabit.*
(b) חַטָּאת *peccatum.*

Imperfecta dicuntur, inquit Wasmuth pag 126-129 ~~illa~~ verba duarum litterarum sive similem adiungentia, vel conduplicantia posteriorem radicis etc. אהוין

*conjugandum vel formandum, deficit aut quiescit**: dividunturque in Defectiva & Quiescentia.

1. *Defectiva*, & quæ ea sequuntur, *literam mobilem* quandoque *tollunt*, & non-initialem in conjugando *abjectam compensant per Dagesch forte*, imprimendum literæ deficientem sequenti. Suntque eorum species duæ: פ״נ, & Geminantia secundam.

2. *Quiescentia*, *in quibus litera* quiescibilis *quiescit*, ordinarie *compensanda per vocalem longam*, sub litera quiescentem præcedente. Species horum sunt potissimum quatuor: פ״י, quo & referri possunt פ״א dicta; item Quiescentia secunda, ac ל״ה & ל״א. De quibus singulatim.

3 Gutturalia
1, prima radicalis חמל
2, mediae rad. בחל
3, tertiae rad. שלח

Obs. 1. Quæ dupliciter Imperfecta sunt, plerumque utriusque sectantur formationem. Sed (β) Imperfecta non dantur quoad duas literas

(c) Non ab actu dicuntur Imperfecta, sed a sola potentia: quæ, extra Imperfecta quoad secundam, tum demum ordinarie in actum introducitur, quando literam, unde Imperfecta dicuntur, analogia afficit cum (:), inprimis quiescenti. [Denominationes Imperfectorum ab antiquo paradigmate פעל desumuntur, secundum hoc Schema:

פ	ע	ל
נ	ו	ה
י	י	
א	א	א

Sunt defectiva haec, Nun prima et dupla secunda
Prima quiescit Jod, Vav altera, tertia Aleph, He.

teras contiguas, præterquam Ebræorum בּוֹא Nam.

(γ) Quæ, præter secundam ו, primam habent נ, quoad hanc semper sunt Perfecta: quæ autem præter secundam ו, tertiam habent ה, perfecta sunt, quoad secundam.

Obs. 2. In omnibus Imperfectorum Speciebus quædam Verba dantur, quæ vel nonnunquam, vel perpetuo, Perfectorum sequuntur naturam; sive in quibusdam, sive in omnibus.

Obs. 3. Quamplurima Verba Imperfecta, sub formis diversis, unam retinent eandemque significationem.

§. 44.

Verba פ״נ I. *Primam radicalem* non tantum

1. *Ex analogia cum* (:) *quiescenti* (ob Præformativum) *notandam*, [si secunda radicalis non fuerit Gutturalis,] *abjiciunt*; facta ejus compensatione, in sequenti litera, per Dagesch forte [d]. Sed &

2. *In Imperativo* [e], *ac Infinitivo* [f] *Kal*, cum (:) mobili aut vera vocali efferendam, extru-

(d) יִגַּשׁ pro יִנְגַּשׁ *accedet*: נִגַּשׁ *adductus est*: הִגִּישׁוּ *admoverunt*: מֻגָּשׁ *admotus*. * מַצִּל *eripiens*: לְהַצָּלָה *ad eripiendum*, rad. נצל. (e) גַּשׁ, & גֶּשׁ *accede*: גְּשׁוּ *accedite*: גּוֹשִׁי *accede*. F. * פְּקוּ *egredimini*, ex נפק *egressus fuit*. (f) בְּגֶשֶׁת *in accedere*,

trudunt: ſecunda, in Imperativo [extra Perſonas in י & ו creſcentes,] cum (-) vel (..), rariſsime Perfectorum vocali ֫, notata; in Infinitivo vero litera ת in fine aſſumta, præcedente gemino (·).

Obſ. 1. *Hoc modo* נ *quodcunque* per (:) quieſcens literæ vocis eſſentiali jungendum, inprimis tertia Radicalis, abjicitur; præcipue ſi ante aliud נ vel ת [g] fuerit.

2. Verbum נָתַן *imperfecte formatum*; extra Præteritum Kal, in cæteris hujus Conjugationis temporibus, *ſub ſecunda radicali* vocis in fine non creſcentis; *amat* (..) [h].

3. Formationem Verborum פ״נ imitantur

(α) Radix לָקַח [i]:

(β) Verba nonnulla a י incipientia: & quidem יָנַח, יָצַב, יָצַג, יָצַע, יָצַת, & יָקַץ perpetuo; יָצַק, יָצַר & יָסַר, in Kal plerumque; יָגַע vero, יָלַד, יָחַם, יָקַץ, & יָשַׁר non niſi ſemel.

§. 45.

Verba *Geminantia ſecundam*,

I. *In*

(g) נָתְנוּ *dedimus*: נָתַתָּ pro נָתַתְּ *dediſti*: אַתֶּן *tu*, pro אַתְּנָה. (h) אֶתֵּן *dabo*: תֵּת *dare*, תֵּן *da*. (i) וַיִּקַּח & *ſumſit*, pro וַיִּלְקַח coll. §. 41. III. Obſ. 3. & ita קַח *ſume*, לָקַחַת pro לָקַחַת *ſumere*.

I. *In Conjugationibus Levibus, secundam radicalem abjiciunt* [k]: & [voce a fine crescente] *tertia* radicali *Dagesch* imprimunt [l].

1. Substituunt, pro (:) retrahendo vocalem ejus primitivam.

(β) In *Niphal* tamen pro puncto ita retrahendo, *plerumque adhibetur* (-) [m], interdum ֻ [n], rarius (..) [o]:

(γ) In *Hiphil* vero communius (..) [p], rarius (-) [q].

2. Pro (:), sub ultima Radicali dagesschanda, exprimendo, in Præteritis adhibent וֹ [r], in cæteris Temporibus ֶי [s].

3. Præformativi *vocalis brevis* syllabæ simplicis,

(k) סַב *circumivit*, סוֹב *circumi*: יָסֹב *cingebat*, &c. (l) סַבּוּ *circuiverunt me*: וָרֹבּוּ & *jaculati sunt*: סֹבּוּ *circuite*, pro סִבְבוּ, ex סָבַב, ita תָּסֹבּוּ *circuibitis*. (m) נָסַבּוּ *circumcirca posuerunt se*, pro נִסְבְּבוּ: יִסַּבּוּ pro יִסָּבְבוּ *vertent sese*. (n) וְנָגֹלּוּ & *convolventur*, pro נִגְלְלוּ. (o) נָסַבָּה *aversa est*, pro נִסְבְּבָה. (p) הֵסֵב *avertit*, הֵסֵבּוּ *abduxerunt*. (q) הֵדַק *comminuit*. (r) סַבֹּתִי *causa fui*, pro סָבַבְתִּי: בַּזּוֹנוּ *diripuimus*: הֲשִׁמֹּתָ *desolasti*: וְסַבֹּתֶם & *circuibitis*: וַהֲדִקּוֹת & *comminues* F. (s) תְּסִבֶּינָה *circuibunt*, pro תִּסְבֹּבְנָה: וַתְּחִלֶּינָה & *inceperunt*.

(α). *Elevatur in analogam longam* [r]. Sed

(β). *In* Participio *Hiphil* in (..) [u]. &

(γ). *In Kal* [x] atque *Niphal* [y], in (ֶ).

Obſ. 1. In quibusdam, Compenſatione per Dageſch neglecta, (:) retrahitur [z].

2. Ubi vero, Chaldæorum more, compenſatio fit in litera abjectam præcedente; ibi non modo (:) retrahitur, ac ſub ultima radicali retinetur: ſed & vocalis ordinaria ſub Præformativo manet [a].

II. *In Conjugationibus Gravibus,*

1. Secunda radicali retenta, pro Dageſch forti characteriſtico, & prævia vocali, ſubſtituunt (ִי) [b]. Vel

2. Pro ſecunda radicali, in locum Dageſch cha-

(t) הָחֵל *incipiendo:* אָחֵל *incipiam:* הֵסֵב *avertit:* מֵסֵב *converſus.* (u) מֵסֵב *averſurus ſum.* (x) נָסֹב *circuibimus.* (y) וְנָסַב *& circumgyrabitur:* וְנָמַס *& tabeſcens.* (z) וְנִבְלָה *& confundemus*, pro וְנָבְלָה *fut. Kal*, rad. בלל. (a) וַיַּכְּתוּ *& contuderunt*, formæ וַיִּרְבְּקוּ *& adhærere fecerunt.* וַיִּקְּדוּ *& inclinarunt verticem:* יְדֻמּוּ *ſilebunt:* תְּצִלֶּנָה *tinnient*, הֻמְכוּ *depreſſi ſunt.* (b) נוֹסְסָה *fugere facit:* יְהוֹלֵל *infatuabit:* תְּסוֹבֵב *circumgyrabit* F. מְחוֹקֵק *legislator.* Püal עוֹלַל *peractus eſt:* מְהוֹלָל *ad inſaniam adductus.* Hithpael הִתְהוֹלְלוּ *inſano impetu agitamini.*

characteristici transmota, statuunt similem primæ [c].

Not. Geminantia secundam

1. Interdum confundunt formas cum Quiescentibus secunda, vel tertia radicali.

2. Pro litera geminanda, in paucissimis est, Syrorum more, א [d].

§. 46.

In Verbis פ״י,

I. *Prima*, ex analogia *cum* (:) *quiescenti notanda*,

1. *In Kal quiescit in* (..) vel (יְ), *secunda etiam radicali* (extra personas in (יְ) & ו crescentes), ibi *cum* (..), hic cum (-), [e] rarissime ו [f] *notata*.

2. Extra Kal *mutatur in* ו: quod

(α) In *Niphal* [g] & *Hiphil* [h], quiescit in hholem.

(β) In *Hophal* autem in schureck [i].

F 5 Obs.

(c) *Piel* קִלְקַל *detersit*: יְסַכְסֵךְ *veprium instar commiscebit*. *Pual* בָּלְכְּלוּ & *sustentati fuerunt*: *Hithp.* וַיִּתְמַרְמַר & *exacerbavit se*. (d) וַיִּמָּאֵס & *dissolutus, liquefactus fuit*, pro וַיִּמָּסֵס. (e) אֵלֵךְ *ibo*: תֵּרֵד *descendet* F. תִּישַׁן *dormies*. (f) נֵאוֹת *acquiescemus*. (g) נוֹלָד *natus est*: הַנּוֹלָדִים *nati illi*. (h) הוֹלִיד *parere fecit*; אוֹלִיד *gignam* &c. * הוֹדַע *notum fecit*: מְהוֹדֵא *laudans*. (i) הוּסַד *fundatus fuit*: מוּסָד *fundatus*.

Obs. 1. Huc referri possunt.

(α). Ebraice *Verba* quædam *ab* א *incipientia* (scil. אָבַר, אָבָה, אָכַל, אָמַר, אָפָה, אָצַר, & plerumque אָרַז, interdum etiam אָהַב & אָסַף), quorum *prima radicalis in Futuro Kal quiescit in* י, *secunda*, in cæteroquin Perfectis, [si vox a fine per afformativa ה & ו non creverit,] *cum* (..) *vel* (-) *notata* [k].

Obs. 1. Verbum יָבַר *in Futuro Kal* (ad formam Hüphal) *primam in* י *mutat*, quiescens in schurec, secunda cum (-) notata [l].

Obs. 3. י *in Hiphil* sæpe retinetur, ut vel

(α) *quiescat in* (..) [m]; vel

(β) Ipso *per* (..) *moto*, *Præformativum habeat* (:) [n].

II. *In Imperativo & Infinitivo Kal, primam* etiam cum (:) mobili, aut vera vocali efferendam, *extrudunt*: secunda in Imperativo, [extra Personas in ה & ו crescentes,] cum (..) vel (-) notata [o]; in Infinitivo vero ת in fine assumto, præcedente gemino (·.·) [p].

III. *Primam* י *mutant in* ו *mobile*,

1. *In*

(k) אֹכַל *comedam*: תֹּאכַל *comedes*: יֹאכַל *comedet*: נֹאכַל *comedemus* &c. (l) אוּכַל *potero*: תּוּכַל *poteris*. (m) הֵיטִיב *benefecit*. (n) וַיִּיטֵב *benefaciet*. (o) לֵךְ *abi*. (p) רֶדֶת *descendere*: דַּעַת *scire*.

1. *In Niphal* dagesschandam [q]:

2. *In Hithpaël* verborum ירה [r], ידע [s], יכח [t], & יסר [u], secundæ dagesschatæ præmissam.

§. 47.

Quiescentia Ain, *secundam radicalem ubivis abjiciunt* [x]:

I. In Conjugationibus levibus,

1. *Pro* (:) retrahendo, *substituunt vocalem primitivam* [y], [h. e. illam, ex qua (:) est ortum:] & amplius,

(α). *In Kal pro* (-) [z] quidem (nisi tertia radicalis (:) expressum ceperit [a]), *ac pro* (..) *Participii* [b], *adhibent* (ָ).

(β). *Pro* ו frequentius *substituunt* ו, vel (ֻ) [c].

(γ).

(q) יִוָּלֵד *nascetur*: תִּוָּרֵא *timearis*: נִוָּבְחָה *redarguemur*. (r) הִתְוַדָּה *confessus fuit*: מִתְוַדִּים *confitentes*: אֶתְוַדֶּה *confitebor*. (s) בְּהִתְוַדַּע *in notum facere se*: אֶתְוַדַּע *notum me faciam*. (t) יִתְוַכַּח *disceptabit*. (u) וְנִוַּסְּרוּ & *erudient se*. (x) Unde מֵת *mortuus est*, ad formam חָפֵץ sed אוֹר *luxit*, formæ קָטֹן, & קָם *surrexit*, formæ קָטַל coll. inf. I. 1. (α). (y) מֵתָה *mortua est*, מֵתוּ *mortui sunt*, בֹּשָׁה *erubuit*, אוֹרוּ *lucent*, טוֹבוּ *bona sunt*: זֹרוּ *compressa sunt*: בֹּאוּ *venerunt*. (z) Unde קָם, קָמָה *stetit*; קָמוּ *surrexerunt*. (a) קַמְתָּ *surrexisti*: קַמְתִּי *surrexi*. (b) שָׁבָה *reversa*: קָמִים *surgentes*. (c) קוּם *surgere*, vel *surge*:

(γ). *In Niphal* pro quocunque puncto retrahendo, *adhibent* ֵ [d].

2. pro (:) *sub ultima radicali exprimendo*, sæpius in Præteritis (Niphal [e] & Hiphil) usurpatur ֵ, in Futuris vero (Kal [f] & Hiphil [g]) interdum ֶ.

(β). Idque quoties accidit, toties pro vocali retrahenda in Hiphil venit (ִ) [h], nonnunquam (ֵ) [i], [in Niphal ִ].

3. *Præformativi* vocalis *brevis* syllabæ simplicis, *Ebraice* quidem

(α). *Elevatur in analogam longam* [k]. Sed

(β). In Participio Hiphil mutatur in (ֵ) [l]. &

(γ). *In Kal* [m] *atque Niphal* [n] transit in (ָ) [o].

Obs. 1. *In Hüphal*, compensatione extraordinarie neglecta, retrahitur (:) [p]

Obs.

קוּמוּ *surgite*. (d) הָכֵן *præparate*: נְבוֹכָה *perplexa est*: הִמּוֹלוּ *circumcidimini*. (e) נְפֻצוֹתֶם *dispersi fuistis*. (f) תְּשֻׁבִינָה & תָּשׁוּבְנָה *redibunt*. (g) תְּהוֹמֵמִינָה *perstrepent*: sed תָּשֻׁבְנָה *restituent*. (h) הַקִּימוֹתִי *stare feci*. (i) הֲרֵעֹתָ *male feci*sti. (k) הֵקִים *confirmavit*: לְהָקִים *erigere*: הָקֵם *stare fac*: תָּרִים *eriges*, הוּקַם *erectus fuit*. (l) מֵקִים *stabiliens*. (m) אָקוּם *surgam*. (n) נָפֹצוּ *dispersi fuerunt*, נָפוּצָה *dispersa*. (o) יוּמָת *morietur*, inverse ponitur pro יָמוּת. (p) חוּבְאוּ *introducti fuerunt*: יוּמָתוּ *morte afficientur*.

Obs. 2. *Participium* Benoni

(*a*). In iis, quorum Præterita sub secunda radicali (..) habent vel ו, ad horum imitationem, itidem vocales has (..) vel ו collocat sub primam [q].

II. In *Conjugationibus Gravibus*, pro secunda radicali abjecta,

1. Similis tertiæ substituitur; &, pro Dagesch forti, ad primam radicalem apponitur ו [r].

2. Pauca primam duplicatam in locum secundæ abjectæ statuunt, adhibita ante eam, pro Dagesch forti, litera simili tertiæ radicali [s].

3. Pauca quædam secunda radicali in י mutata, *retinent puncta Perfectorum* [t].

§. 48.

Quiescentium tertia ה,

I. *Voce a fine non crescente*, desinunt

1. Omnia *Præterita* in ה ָ ֶ ֵ ֶ [u].

2. *Fu-*

(q) מֵת *mortuus*, formæ גָּדֵל *crescens*: אוֹר *lucens*, formæ גָּדוֹל. (r) כּוֹנֵן *paravit* M. כּוֹנְנָה *paravit* F. תְּכוֹנֵן *parabis*: מְסוֹתֵת *mori faciens*: מְשׁוֹטְטִים *discurrentes*. Ita in *Pual*, רוֹמַם *exaltatus est*: מְחוֹלָל *confossus*. Et in *Hithpaël*, יִתְלוֹנָן *commorabitur* &c. (s) כִּלְכֵּל *sustentavit*: מְטַלְטֵל *migrare faciens*: תִּתְחַלְחָל *horribili dolore afficies te* F. (t) קִיְּמוּ *stare fecerunt*: חִיַּבְתֶּם *damnastis, reum effecistis*. (u) גָּלָה *exulavit*: נִגְלָה *revelatus fuit*: גִּלָּה *revelavit*: הֹרָה *procreare*

2, *Futura* [x] *ac Participia* [y] *in* ה_ .

3. *Imperativi* in (..) [z].

4. *Infinitivi* in ו [a].

Obs. 1. Participium *Paul* ה in י mutat [b].

Obs. 2. *Futura*, & *Participia* reliqua rarius occurrunt cum (..) [c].

Obs. 3. *Infinitivi*,

(α). Sæpius ה *ultimum mutant in* ת [d];

(β). Nonnunquam tertiam mutant in cognatas quiescentes [e];

(γ). Haud raro ultimam quiescentem habent in (..) [f].

II. *Voce in fine crescente*,

1. Ter

---

factus est: הָגְלָה *abduxit*: חָגְלָה *in exilium abductus fuit*: הִתְוַדָּה *confessus fuit*. (x) יִגְלֶה *exulabit*: יִגָּלֶה *revelabitur*: אֵגָלֶה *manifestabo*: יְכַסֶּה *operietur*. (y) גֹּלֶה *exulans*; מְגַלֶּה *revelans*; מְעֻנֶּה *afflictus*; מַעֲלֶה *ascendere faciens*; מְפֻנֶּה *obversus*; מִתְעָרֶה *explicans se, virescens*. (z) גְּלֵה *exula*; הַעֲלֵה *ascendere fac*. (a) עֲשׂוֹת *facere*: לְהֵרָאוֹת *videri*: קַוֹּת *expectare*. (b) Esth. 3. 14. גָּלוּי *manifestum*. (c) תַּעֲשֶׂה *facies*: תִּגָּלֶה *reteges*: Part. מְחַכֶּה *sperans*. (d) גָּלוֹת *exulare*: הִגָּלוֹת *retegi*: גָּלוֹת *retegere*: עָנוֹת *affligi*: הַגָּלוֹת *abduxisse*: הִתְגַּלּוֹת *manifestare se*. (e) עֲשׂוֹת *facere*: וְכַחֲכִי & *secundum expectare*. (f) הִנָּקֶה *absolvi*: עַנּוֹת *affligere*: הָפְקַר *libertate donari*.

1. *Tertia* radicalis *non schvanda* sine facta compensatione *abjicitur*, una cum puncto prævio.

Obs. 1. *In tertia fœminina singulari*, quoties, pereunte tertia radicali ה, cum masc. confunderetur, *mutatur in* ת [k].

Obs. 2. ה non schvandum interdum in literam cognatam (י), rarius ו, mobiles mutatur [i]; quod (י) in Participio Kal plerumque dagesschatur, præmisso (..) [k].

nr. 2. Tertia Schvanda in י *mutatur: quod quiescat*

(α). *In Præteritis*, Conjugationis *Kal* quidem in (.) [l], cæterarum vero in (..) [m].

(β). *In Futuris* autem *ac Imperativis in* (:) [n].

Obs.

(g) גָּלוּ *exularunt*: תִּגְלוּ *exulabitis*: יִגְלוּ *exulabunt*: פְּרוּ וּרְבוּ *fœtundi estote & multiplicamini*: גֹּלָה *exulans*: גּוֹלִים *exulantes*: & ita in reliquis. (h) גָּלְתָה *exulavit*: גִּלְּתָה *revelavit*, &c. (i) יִרְבּוּן *multiplicabuntur*: הָלוּ *attollite*: תִּדַּמְיוּנִי *assimilabitis me*: שָׁלַוְתִּי *tranquillus fui*. (k) עֹטָה *declinans*: sed בֹּכִיָּה *flens*: מְרִיָּה *frugum ferens*, *fœcunda* &c. (l) גָּלִית *exulasti*: עָשִׂית *feci*sti F. גָּלִיתִי *exulavi*: בְּנִיתֶם *adificastis*: עֲשִׂיתֶן *feci*stis F. עָשִׂינוּ *fecimus*. (m) נִגְלֵיתִי *manifestatus fui*: גָּלִיתָ *revelasti*. (n) Cant. 3. 11. רְאֶינָה *videte*: תִּרְאֶינָה *videbunt* F.

Obs. *Accedente Suffixo*, ה etiam schvandum simpliciter abjicitur [o].

§. 49.

Verba ל״א I. *Voce a fine non crescente, pro* (-) *et* וֹ (extra Infinitivum) *ultimæ Syllabæ assumunt* (ָ) [p].

II. *Voce a fine crescente*,

1. א ex analogia *schvandum*, *quiescit*

(α) *In Præterito Kal* quidem *in* (ָ) [q], *in cæteris Præteritis* [r] (& ex forma מָלֵא etiam in Kal [s]) *in* (..):

(β) In Futuris ac Imperativis vero, in (∴) [t].

2. א vero, *ad quod* ת *adjicitur*, *præcedente* analogice *gemino* (∴), vel

(α) *Per* (..) *movetur*, *præmisso* (:) [u]; vel

(β)

(o) עָשָׂךְ *fecit te.* (p) מָצָא *invenit*: מְצָאתִי *inveni*: אֶמְצָא *inveniam.* נִמְצָא *inventus est*: הוּבָא *venire factus, adductus est* &. (q) מָצָאתָ *inveniisti* M. מָצָאת *inveniisti* F. מָצָאתִי *inveni* &c. (r) נֶחְבֵּאתָ *occultatus fuisti*: נִמְצֵאת *inventa fuisti*: רְפֵאתָם *sanasti*: הִשֵּׁאתָ *deceptum declarasti*, ex נשׂא &c. (s) מָלֵאתָ *implevisti*: יָרֵאתִי *timui*: יְרֵאתֶם *timuisti* &c. (t) תִּקְרֵאנָה *vocabitis*: קְרֵאן *vocate.* (u) מוֹצֵאת *inveniens* F. שְׂאֵת *portare*, rad. נשׂא, coll. §. 44. l. 2.

(β). *Quiescit, per* (..) *compensatum* [x].

Obs. 1. *Verba* ל״ה & ל״א sæpe *formas* suas *permutant* invicem, vel

(α). quoad literas; vel

(β). quoad puncta; vel etiam

(γ). quoad utrumque.

CAP. VII.

DE PARTICVLIS.

§. 50.

P*Articulæ* nomine veniunt omnes Voces indeclinabiles. Quarum aliæ

Inconnexæ per se vocem constituere possunt:

Connexæ aliæ, quæ in oratione semper alis adhærent; suntque potissimum משרת וכלב. Ex quibus

I. מ (ex מִן *præfigitur per* (.), *sequente Dagesch forti* [y]: quod tamen, si litera sequens fuerit י schvatum, ex eadem (præter duo) una cum (:) excidit [z].

II.

(x) מוֹצֵאת *inveniens* F. לָשֵׂאת *ad portandum*, ex נשא, coll. § 44. I. 2. & צֵאת *egredi*, ex יצא, coll. §. 46. II. (y) מִתַּחַת *e fundo*. (z) מִידֵי *e manibus*, ex יְדֵי: מִירוּשָׁלַם *ab Hierosolymis*.

II. ה *Interrogativum* [ordinarie] *cum* (ַ) *præfigitur* [a]:

[β. Sequente (:) vel littera Gutturali fine (ָ) habet (ַ)].

γ. Rarius, potisſimum ante Præfixum, cum (-) ſequente Dageſch [b].

[δ. Sequente vero Gutturali, Kametſata imprimis, habet (ָ:): nunquam vero ה Interrog. ante ע (ַ) habet, nec (-) ſequ. Dageſch, niſi litera cui apponitur, fuerit Præfixa, aut in Verbis Præformativa.]

III. וכלב [c] *ordinarie cum* (:) *præfigitur*; ſed extra Regimen, *ante vicinum tonum* nonnunquam etiam *cum* (ַ) [d].

Obſ. 1. ו tamen *Schurek recipit*,

(α). Ante Affines במף [e], (niſi nonnunquam ob vicinum tonum habeat (ַ) [f]; itemque

(β).

(a) הֲמִן *an de?* (b) הַכִּצְעָקָתָהּ *an ſecundum clamorem de ea.* (c) וְרוּחַ *& ſpiritus*: כִּדְרָךְ *juxta viam*: לְאֹתֹת *in ſigna*: בְּרֵאשִׁית *in principio.* (d) וְנֶגְבָּה וְקֵדְמָה וְיָמָּה *& verſus meridiem, ac ad ortum, & verſus mare*: כָּעֵת *circa tempus*: לַמָּיִם *ab aquis*: בֵּנוֹ *inter nos.* (e) וּבֵין *& inter*: וּמֵעֵץ *ſed de arbore*: וּפָחַד *& timebit.* (f) וָהֹה *& inanitas*: וָמֵת *certe morietur*: וָפָחַד *& timor.*

(β). *Ante literas* (extra י [g]) *cum* (:) *simplici* [h], aut composito sub litera non-Gutturali [i], *notatas*.

Obs. 2. ו *Conversivum in Præteritis* adhæret quidem per punctum alias usitatum; sed (præter primam Pluralem, & pleraque Quiescentium tertia) *tonum ex penultima* (radicalium acuta) *dimittit ad ultimam* [k] (afformativam).

Obs. 3. ו *Conversivum Futuris præfigitur per* (-), *sequente Dagesch forti* [l]): *ac*, extra pausam tamen, ac primam singularem,

(β). *Tonum* plerumque simul *ad penultimam*, (si simplex hæc fuerit,) *retrahit ex ultima* [m].

Not: דֵּי, פִּי ac. מִן saepe. sunt particulae expletivae ob euphoni

CAP. VIII.

מִדֵּי de לְפִי in כְּמוֹ instar

DE FIGVRIS ETYMOLOGICIS.

Figurae sunt circumstantiae vocum in sensu nihil immutantes, euphoniam promouentes.

§. 51.

Figurarum hic aliæ Voci aliquid otiose superaddunt; aliæ aliquid ei, sensu salvo, detrahunt. Quæ superaddunt, sunt *Prosthesis*, *Epenthesis* & *Paragoge*. Sed detrahunt *Aphæresis*,

(g) וּלְהַבְדִּיל & *ad separandam*. (h) וְזָהָב & *aurum*. (i) ex יְהִי *erit*, fit וִיהִי & *erit*. (k) וְאָכַלְתָּ & *comedes*: וַהֲקִימֹתִי & *stabiliam*. (l) וַיִּקְרָא & *vocavit* &c. (m) Ex יָקוּם *surget*, fit וַיָּקָם & *insurrexit*: ex תּוֹסֵף *addet* F, וַתּוֹסֶף & *addidit*, coll. §. 18.

Syncope, & *Apocope*. Quibus addi potest *Metathesis*.

§. 52.

Rarior est *Prosthesis*, quæ *præponit ab initio literam* ב [n], *vel* ל [o], *aliasque* [p] punctatas.

§. 53.

Epenthesis in medio vocis *inserit*, non tantum

I. Literas *Quiescentes* א [q], ו [r], & י [s], post vocalem potissimum cuilibet homogeneam. Sed &

II. *Ante Suffixa*, inprimis Futurorum, *literam* נ; qua cum *tonus* semper *servatur in radicalium ultima*. Hinc

α. *Pro vocali suffixis* הוּ [t], הָ [u], & נִי [x] *præmittenda*, adhibetur (:). Et amplius

β. *Ultimæ radicali* non vocalizatæ, *adjicitur* (∵) vel (-). Sed

γ. (..) ante ךְ corripitur in (∵) [y]. At

Obs. 1. Tale נ Epentheticum excluditur nonnunquam, potissimum ante aliud נ vel ךָ, &

(n) בַּעֲבוּר *propter*. Sed Vid. *interpr.* §. 166. (o) לְאֹם *gens*, ex אמם. (p) אָדוֹשׁ *triturando*, pro דּוֹשׁ. (q) וְקָאם & *surget*: * בָּאתַר *post*, &c. (r) מִיָּורְדִי *a descendere me*. (s) יַגִּיד *indicabit*: הַבִּיט *prospice*: תֵּיעָשֶׂה *fiet*, &c. (t) יִצְּרֶנְהוּ *custodiet eum*. (u) יִמְצָאוּנְהָ *invenient eam*. (x) יִמְצָאֻנְנִי *invenient me*. (y) יְשָׁרְתוּנֶךָ *ministrabunt tibi*.

& compensatur in sequenti litera per Dagesch forte [z].

Obs. 2. Rarius deprehenditur נ Epentheticum

(α). Ante הוּ & הֶם Suffixa Particulæ מִן [a].

(β). Ante (וֹ) [b]. קָבְנוֹ maledic Mi Rad קבב loco קָבֹנוֹ

(γ). Ante (וּ) [c].

§. 54.

Paragoge producit vocem *litera* aliqua *in fine adjecta.* Et quidem

I. *Usitatissime* 1. *litera* ה

(α). *In Personis Futuri* [d], *ac Imperativi* [e], (Infinitivi [f] rarius,) in fine alioquin *non crescentibus.*

(β). In Pronominibus secundæ personæ mascul. sing. [g], ac plural. fœm. [h]; item tertiæ personæ plural. utriusque generis [i]. Et sic quoque in harum personarum Afformativis [k], at-

(z) תְּבַעֲתַנִּי *perterrefacies me*: Num. 6. 24. וְיִשְׁמְרֶךָ *& custodiat te*: אַיֶּכָּה *ubi tu* (es)? (a) מֶנְהוּ *ex eo*: מִנֵּהוּ *de ipso*: מִנֶּהֶם *ab illis.* (b) יֶשְׁנוֹ *est ille*; וְקָבְנוֹ *& exsecrare eum.* (c) תַּמְנוּ *defecerunt*, pro תַּמּוּ. (d) נִלְבְּנָה *excoquemus lateres.* (e) לְכָה *i, agedum*, rad. ילך. (f) לְמָשְׁחָה *ad ungendum.* (g) אָתָּה *tu* M. (h) אַתֵּנָה *vos* F. (i) הֵמָּה *illi*: הֵנָּה *illæ.* (k) בָּגַדְתָּה *perfide egisti*: וְהִשְׁלַכְתֶּנָּה *abjicietis*: תְּרַבֵּרְנָה *loquemini* F.

atque Suffixis [l] ex illis formatis.

(γ). Rarius in Nominibus [m], Participio fing. [n] masc., Particulis quibusdam [o], ac tertia Præteritorum fœminini generis; in qua tunc, perinde ut in Nominibus, ה fœmininum mutatur in ת [p].

2. Litera ן in Personis Verborum per (י) [q], vel (ו) [r] crescentibus.

(β). Extraordinarie in Infinitivo [s].

Obs. in quibusdam post ה Paragogicum Futuri ac Infinitivi, in ת mutatum, aliud adjicitur Suffixum [t].

II. *Minus usitate:* nempe

1. Litera א, quæ potissimum post ו Verborum adhibetur.

2. י, quæ *in Nomine* usurpatur *post formam constructam* [u].

3. י (vel cum (.) præcedente, vel absque eo): quæ *adhibetur* in

(α). Pronomine 2. personæ fœmin. sing. [x]; &

(l) בְּשִׁמְכֶם *sub nomine tuo.* לְבַדָּנָה *in solitudine ipsarum.* (m) לַיְלָה *nox*, ex לַיִל. (n) בֹּעֲרֶת *ardens.* (o) אֵיכָה *quomodo?* (p) נִפְלָאָה *singularissima, admirabilis.* (q) תִּדְבָּקוּן *adhærebitis.* תְּחִילִין *paritura es.* (r) יְחִילוּן *dolebunt:* יְדָעוּן *noverant:* תִּשְׁמְעוּן *audietis.* (s) בְּאַבְּדָן *in interire.* (t) תְּכוֹאָתְךָ *eveniet tibi &c.* (u) בִּלְעָם בְּנוֹ בְּאֹר *Bileam filius Beoris.* (x) אַתִּי *tu* F.

& ſic quoque in Affomativis [y] & Suffixis [z] ejusdem perſonæ.

(β). Participiis maſculinis [a].

(γ). Nominibus ac Participiis fœmin. ſæpe poſt formam conſtructam [b].

(δ). Particulis quibusdam [c].

Obſ. 1. ה Paragogico accedente,

(א) *Tonus in ſede priſtina relinquitur,*

(α). *In Nominibus* ordinarie: item

(β). *In Pronominibus*, indeque factis augmentis ſervilibus: atque

(γ) *In Conjugationibus levibus* quieſcentium [d] ac geminantium [e] Ain, nec non Perfectorum Hiphil [f].

Extra hos caſus

(ב) *Tonus in Verbis dimittitur ad ultimam* [g].

Obſ. 2. Pauca quædam ſunt, in quibus etiam (:) ſecundæ radicalis Kal, (more fere Suffixorum Pronominum,) redit in vocalem primitivam, (-) amplius elevato in (‾) [h].

§. 55.

Aphæreſis aufert ab initio vocis

(y) נָתַתִּי *dediſti* F. (z) בְּתוֹכִי *in medio tui* F. (a) אֹסְרִי *ligans.* (b) מְלֵאתִי *plena*: ſed רַבָּתִי *magna.* (c) מִנִּי *a*: זוּלָתִי *præter* &c. (d) שׁוּבָה *revertere.* (e) נִבְזֶה *prædemur.* (f) אַשְׁלִיכָה *projiciam.* (g) אֶשְׁמְרָה *cuſtodiam*: שָׁמַרְתִּי *cuſtodi*: נֵלְכָה *ibimus.* (h) תִּדְבָּקִין *adhærebis*, ex תִּדְבָּקוּ: תֹּאבְדוּן *peribitis*, &c.

1. Interdum Præformativum Imperativi ac Infinitivi Niphal & Hiphil [i]; superveniente potissimum una ex literis כלב [k].

2. Rarius Præformativum Præteriti Hiphil [l].

3. Ipsam nonnunquam literam radicalem [m].

§. 56.

Syncope concidit e medio vocis, vel literam, vel punctum vocale.

I. E literis, concidit

1. ה *Articuli, quoties supervenit eidem una ex literis* כלב [n].

2. נ in vocibus אֲמֶנֶת, אֶנֶף, בֶּנֶת & תֶּנֶת; pro quibus dicitur אֱמֶת, אַף, בַּת, atque תֵּת.

(β) Sed *accedente* aliquo *incremento* finali, נ cum integra forma *reassumendum* est; *nec*, permutatione vocalium peracta, *abjiciendum* [o], *nisi quan-*

(i) רִיבוּ *contendite*, שִׁים *pone*. (k) בְּכָשְׁלוֹ pro בְּהִכָּשְׁלוֹ *in corruere ipsum*. לֵרָאוֹת *videri*: לֵאוֹר *illuminari*: וְלַנְפֵל & *ad cadere faciendum*: לָרִיב *ad contendendum* &c. (l) רִיבֹתָ *litigasti*: בִּינוֹתִי *adverti*: וְרִיגוּם & *piscabantur eos*. (m) וְשַׁבְתִּי pro וְיָשַׁבְתִּי & *manebo*. inprimis א v. g. בִּירָה *castellum*, pro אַבִּירָה *robusta*: דָּם *sanguis*, rubicundus scil. (ex אָדַם *rubuit*). (n) כַּיּוֹם pro כְּהַיּוֹם *circa hunc ipsum diem*. Sic לַיּוֹם *ad diem istum*; בַּיּוֹם *in isto die*. (o) בָּנוֹת *filiæ*.

quando cum (:) *quiescenti efferatur* : quo facto, defectus ejus per Dageſch compenſetur in litera ſequenti [p].

Obſ. 1. Sic per Syncopen ablatum eſt נ in עֵז [q], חֵךְ [r] חִטָּה [s], & הֹדּוּ [t]; defectu, voce quocunque modo creſcente, per Dageſch indicato.

(β). Quo referri ſolet שְׁתִּים ex maſcul. שְׁנַיִם [u], cujus etiam puncta retinet, compenſatione literæ נ neglecta. conf. §. 11. I. 2. (β).

3. Literam א (vocali, in qua quieſceret, manente),

(α). In Futuro Kal verborum פ״א in prima perſona ſingulari ordinarie [x], in reliquis rarius [y].

(β). Cum vocalem ſuam in locum præcedentis (:) collocaverit; [z], vel amiſerit penitus, juxta II. Obſ. 2.

(p) בִּתִּי *filia mea*: אֲמִתּוֹ *veritas ejus*. אַפָּם *ira ipſorum*: תִּתֶּךָּ *dare te*. (q) Hinc עִזִּים *capræ*. (r) Hinc חִכִּי *palatum meum*. (s) Hinc חִטִּים *tritica*. (t) India. (u) Unde שְׁתֵּי vel שְׁתַּיִם *duæ*, in Regimine. Vid. §. 34. II. 4. Obſ. (x) V. g. אֹכְלָה *edam*: אֹמַר *dicam*: אֹחֵז *apprehendam*: אֹהַב *diligam*: אֶסְפְּרָה *colligam*. (y) תּוֹסֵף *contrahes*: תֹּבֵא *voles*: יָרוּבוּ *loquentur contra te*. (z) צְבָאֶיהָ pro צְבָאֶיהָ *militantes ejus*: מַלְּבֵנוּ pro

4. ד (α). Numeralis שֵׁשׁ perpetuo ; vocis אֶחָד vero, quoties nota fœminini acceſſerit [a].

(β). Ex לֶדֶת ſemel [b].

5. Nonnunquam ה in ת mutatum, ante Suffixa [c].

6. Literam ו, vocali, in qua quieſceret, itidem manente,

(α). Primam radicalem, ordinarie quoties illa in Futuro Kal quieſcit in (..) [d].

(β). Tertiam ex ה verborum quieſcentium tertia factam [e]. It.

(γ). Ante Suffixa pluralium [f]. Et

(δ). Ante ultimam Hiphil [g].

(ε). In voce יְרוּשָׁלַם. Ac

(ζ). In terminatione plurali [h]. Et

(η). Inprimis quando vocalem (potisſimum heterogeneam) ſibi ſubſcribendam, in locum præ-

---

מְאַלְּפֵנוּ *docens nos.* (a) Unde אַחַרְתּ *una*, pro אַחַת quod pro אַחֲדָה coll. §. 42. Obſ. 2. it. §. 26. XI. 1. β. (b) 1. Sam. 4. 19. לָלֶדֶת *ad pariendum.* (c) פִּנָּהּ pro פִּנָּתָהּ *angulus ejus* : צוּרָם *imago ipſorum* : בְּתִבוּנָם *in intelligentia ipſorum* &c. (d) אֵרַע *ſciam* : ſed אֵילְכָה *ibo.* (e) בָּנִיתָה *ædificaſti* : בָּנִתִי *ædificavi* : תַּעֲשֶׂנָּה *facient* F. (f) לְמִינֵהֶם *juxta ſpecies ſuas.* (g) וַאֲעַשְׁרֵ Pro וְאַעֲשִׁיר *& ditabo*, coll. §. 25. II. Obſ. 3. (h) אֱלִילֵהֶם *idola* : הַהֵנִּים *cete illa.*

præcedentis (:) remittit; aut crasin patitur vocalium [i].

7. ה Pronominis, tam *interrogativi cum sequente* [k], quam personalis cum præcedente [l] *voce coalescentis* quandoque; nec non in Nomine לַבַּת *flamma* [m]. Uti ב in בַּת *pupilla* [n]: ac ת *in* מְשָׁרַת [o] &c.

II. Punctum vocale concidit, potissimum *sub prima radicali* א, vocum אֱמוֹר [p], אֱלֹהַּ [q], atque אֲדוֹנִי [r]; quoties in אֱמוֹר præfigitur ל, in reliquis vocalis schvati composito sub א analoga.* Quo facto, מֵאֲדֹנֵינוּ, בֵּאלֹהִים, e. c.

2. (∵) literam א præcedens, transit in (..).

Obs. In quibusdam Verbis

(α). א plerumque *simul*, juxta I. 3. *tollitur* [s]; ac

(β).

(i) וַיַּבְּשֵׁהוּ pro וַיְיַבְּשֵׁהוּ & *arefecit illud.* (k) (k) מַזֶּה pro מַה־זֶּה *quid* est *hoc?* (l) עֲדֶנָּה pro עַד־הֵנָּה: & עֲדֶן pro עַד־הֵן *usque ad illa.* (m) pro לְהַבַּת Ez. 3. 2. (n) Psalm. 17. 8. Thr. 2. 18. (o) pro מְשָׁרֶתֶת *ministrans.* (p) לֵאמֹר *dicendo.* לֵאלֹהוֹ *DEO suo*: בֵּאלֹהִים *per DEOS*: כֵּאלֹהִים *sicut Dii*: וֵאלֹהֵי & *summus Deus.* (r) וַאדֹנִי & *Dominus meus*: כָּאדוֹנָיו *ita Domini ejus*: לַאדֹנֶיהָ *domino ejus.* (s) וַאעַנֶּה pro וָאֲעַנֶּה & *affligam*: יָהֵל pro יֶאֱהַל *figet tentorium.*

(β). Pro (-) præmisso sub servili, sæpe venit (ָ) [t] rarius ֶ etiam extra Futurum Kal [u].

§. 57.

Apocope in fine resecat

I. *Usitatissime* literam ה Quiescentium tertia, in Futuris ac Imperativis in fine non crescentibus, potissimum ob ו Conversivum, & Particulam אַל. Et quidem

1. *In Conjugationibus illis, quarum prima radicalis* (vel quæ ejus loco ponitur) *vera gaudet vocali*, sine ulteriori permutatione [x]: præterquam quod (ָ) & (-) rarissime videantur permutata [y].

Obs. a שָׁחָה litera ו in Hithpael ante ultimam assumta

(α). Quiescit, notata cum schurek, puncto præcedente sublato [z].

(β).

(t) אָזִין *auscultabo*, pro אַאֲזִין : וַיָּאצֶל *reposuit*, pro וַיַּאֲצֵל : אָסֵף pro אָאֲסִיף *congregabo*, &c. (u) וְנֹאחֲזוּ *tunc possessores fient*: אֹסִיפָה *perdam, auferam* &c. (x) וָאֶפָּת & *persuasus sum*: וַיְגַל & *revelavit*: גַּל *revela*: וַיִּתְגַּל & *nudavit sese*. (y) וַיִּמַּח & *deletus fuit*: תִּתְחַר *bilem tibi movebis*: וַיְתָו & *signavit*. (z) וַיִּשְׁתַּחוּ & *incurvavit se* M. וַתִּשְׁתַּחוּ & *incurvavit se* F.

(β). In plurali autem per ו movetur, puncto præcedaneo manente [a].

2. *In* aliis vero *Conjugationibus*, *quarum prima radicalis schvata* est, pro schva adhibetur (∵) [b]. Et tunc

(β). *Sub Præformativo* punctum ordinarium *modo manet*, (etiam (.) ante Gutturalem) [c]; *modo cum* (..) *vel* (-), in Hiphil vero cum (∵) *permutatur* [d].

Obs. 1. Si secunda radicalis una fuerit ex ברטכקת (litera ר ante ב non præeunte), schva sub prima manet [e].

Obs. 2. In verbis הָיָה & חָיָה ultima radicali abjecta, prima notatur cum (.), Præformativo schvato [f].

Obs. 3. Verbum רָאָה in tertia masculina cum ו conversivo, ultima abjecta, (:) sub prima retinet, (-) pro (.) sub Præformativo (י) adhibito [g].

II. Ra-

(a) יִשְׁתַּחֲווּ *incurvabunt se*: תִּשְׁתַּחֲווּ *incurvabitis vos*. (b) וַיִּבֶן & *ædificavit*: וָאֵרֶא & *vidi*: וַיַּעַשׂ & *fecit*, coll. §. 26. IX. וָאַעַל & *ascendere feci*. (c) וַיִּז item וַיֵּז & *aspersit* rad. נזה: וַיִּחַן & *castra posuit*. (d) וַיֵּט & *distentit*, וַיֶּגֶל & *exulare fecit*: וַיֶּפֶר & *crescere fecit*: הֶרֶף *remitte* &c. (e) וַיִּשְׁבְּ & *in exilium abduxit*: יֵשְׂט *declinabit*: יַפְתְּ *alliciet*. (f) יְהִי *erit*, ex יִהְיֶה: & ita וַיְחִי & *vixit*. (g) וַיַּרְא & *vidit*, ex יִרְאֶה.

II. Rarius quoque resecatur,

1. א Verborum ל״א [h].

~~2. ם Pluralitatis~~ [i].

3. ה Paragogicum.

(α). Afformativi נָה, (ָ) tamen plerumque manente [k]: In שְׁמַעַן [l] vero & קְרָאן [m], (ָ), more alias cum litera abjecta consueto, simul perit; & ibi (-) furtivum adhibetur, hic puncta transmoventur.

(β). Vocis אִכָּבְדָ ac לְךָ [n], vocali præcedente relicta.

§. 58.

Metathesis transponit

1. Literas, tam Quiescentes ו & י [o], quam Mobiles quasdam [p].

2. Puncta vocalia [q].

CAP.

(h) אָבִי *venire faciam*, &c. (i) ~~הַכָּרִי~~ *præfectis ille*: ~~עַמִּי~~ *populus* &c. (k) וַתִּגַּשְׁן & *accesserunt*: קְרֶאן *vocate*. (l) Gen. 4. 23. *audite* F. (m) Exod. 2. 20. *vocate*. (n) i, agedum, Num. 23. 13. Jud. 19. 13. 2. Chr. 25. 17. (o) Jer. 17. 23. שְׁוֹמֹעַ pro שְׁמוֹעַ *audire*, ob particulam præcedentem, sequentemque Infinitivum per ו copulatum. (p) יְעוֹעֵרוּ pro יְרֹעֵעוּ *frangent*, vel pro יְעוֹרֵרוּ *excitabunt*. Proprie huc spectant voces, quæ sub utraque forma usitatæ sunt: cujusmodi כֶּבֶשׂ & כֶּשֶׂב *agnus*: שַׂלְמָה & שִׂמְלָה *vestis* &c. (q) יָחְנְךָ pro יְחָנְךָ

CAP. IX.

DE

ANALYSI INSTITVENDA.

§. 59.

Dignoscuntur Conjugationes a se invicem,

I. *Nullo Præformativo Radicalibus præposito*,

Piel indicat.
1. *Dagesch forte* mediæ radicali [r] expressæ impressum: & sic
2. Radicales plures tribus [s]: atque
3. Una alteraque radicalium duplicata [t]:
4. Primæ radicalis (..) [u]; item (.) syllabæ simplicis [x]; atque (-) [y], vel (‗) pro (-) ante secundam indagesschabilem [z].

Obs. Quod si in his *prima radicalis* habuerit (‗)

---

miserebitur tui: בְּהַשְׁמָה pro בְּהַשָּׁמָה *in desolari eam.* (r) דִּבֵּר loqui. (s) פִּרְשֵׂז expandit. (t) שַׁאֲנַן tranquillus est: גִּלְגַּלְתִּי devolvi, rad. גלל. עַרְעֵר denudare, rad. ערה. כִּלְכֵּל sustentavit, rad. כול: סְחַרְחַר circuivit, rad. סחר. (u) בֵּרַכְתָּ benedixisti. (x) טְהַר purum declaravit. (y) טָהֵר mundare. (z) בֵּאֵר declarare.

(ֻ) [a], (ָ) chatuph [b], וֹ [c] vel וּ [d], tunc denotant *Pual.*

5. *Chirek* sub prima radicali designat *Hiphil* [e].

6. וֹ *Primæ radicalis,*

(α). Ante duas distinctas expressas, indicat *Piel* [f], vel *Participium* Kal [g]. Sed

(β). Ante duas similes, notat Piel [h] ac Püal: quarum Pual a Piel differt, voce quidem in fine non crescente [i], per (-) mediæ [k]; in aliis, ex contextu.

(γ). Ante tertiam vero radicalem designat Kal [l].

7. Si superiorum nihil adfuerit, dixeris Kal [m].

II.

(a) חֻבְּשָׁה obligata fuit: רֻמַּפַּשׁ tenerascit: אֻמְלְלָה languescit &c. (b) שֻׁדְּדָה vastata est: כֻּלְכְּלוּ commeatu instructi sunt, rad. כול : יָפְיָפִיתָ valde pulcher factus es, rad. יפה : חֻמַּרְמְרוּ perturbata sunt admodum. (c) דֹּעֲכוּ extincti sunt: דֹּחוּ impelluntur. (d) יוּלַד natus fuerat: מוּעֶדֶת luxata. (e) רִיבוּ causam agite. (f) שׁוֹרֶשׁ radices egit. (g) יוֹלֶדֶת pariens. (h) עוֹלַלְתָּ fecisti, rad. עלל : כּוֹנְנָה dirige, rad. כון. (i) חוֹלַלְתִּי formatus sum. (k) רוֹמַם exaltatus est; לְרוֹמֵם ad extollendum. (l) לִשְׁאוֹל ad interrogandum: סוֹב circuire: מוֹל circumcide. (m) קָם surrexit: סְבָבוּנִי circumdederunt me &c.

II. *Præposito Radicalibus Præformativo*,

1. Literæ Conjugationes determinant: scil.

(α). *Duæ* conjunctim *notant Hithpaël.*

(β). נ cum Afformativis, designat Niphal: &

(γ). ה cum (-) vel (ֲ) nec non Schva ex his composito, significat Hiphil [n]. Sed

(δ). ה *cum* (ַ) *ante primam* radicalem

(a) *Schvatam*, indicat *Hiphil* [o].

(b) *Dagesthatam*, denotat *Niphal* [p].

2. Præformativo *pluribus Conjugationibus communi*, ut Futurorum Participiorumque, *si prima radicalis non fuerit Gutturalis mobilis, nec secunda actu Quiescens aut Geminata*, [nec tertia secundæ similis;] tunc *differunt* a se invicem *Per Punctum Præformativo adscriptum.* Nam

α. (-) Præformativi indicat *Hiphil* [q],

β.

(n) הֶאֱכַלְתִּי cibavi: הֲפִיצָם *disperšit eos.* (o) הִמְלַכְתִּיךָ regem constitui te. (p) לְהִפָּתַח ut solvatur: הִמּוֹל circumcidi, rad. מול: הָבֵרוּ purgate vos, rad. ברר. (q) נַמְלִיךְ regem constituemus, הַגִּידוּ indicate, rad. נגד, הַכּוֹת percutere, rad. נכה. *Contra prima Gutturali*, יֶחְסְרוּ *deficiunt*, est ex Kal. Ita (ֲ) *Præformativi Futuri, ante primam Gutturalem, semper designat Kal*, v. g. יֶחְסַר deficiet.

β. (ֲ) *chauph* [r], (ֱ) [s] & (וּ) [t] Præformativi, indicant *Hophal.*

γ. *Scheva* Præformativi, designat *Piel* [u], & *Pual*: quarum hæc ab illa differt per (ֱ) [z], וֹ [y], וּ, & (ֲ) chatuph [z] primæ radicali adscriptum.

δ. (.) [a] & (∴) [b] Præformativi, indicant *Kal* & *Niphal.* Quarum *Niphal a Kal differt*, vel per Præformativum נ [c], vel *per Dagesch* forte, primæ radicali impressum [d]: quod ipsum tamen literis דטת inscriptum, designat etiam Hithpael [e].

ε. (..)

(r) הָמְלַךְ rex factus est: הָחֳרָבָה vastata est. (s) הֻשְׁלַךְ projectus fuit: מֻכִּים percussi, rad. נכה. (t) הוּסַד fundatus fuit, rad. יסד. Quod autem אוּכַל *potero*, תּוּכַל *poteris* &c. ad Kal referatur, vid. supr. §. 46. I. Obs. 2. (u) תְּדַבֵּר loqueris: אֲחַלֵּק dividam: אֱזָרֶה dispergam. (x) מְכֻסִּים operti, rad. כסה. (y) מְבוֹרָךְ benedictus. (z) יְחָבְרְךָ associabitur tibi: תְּשַׁעֲשָׁעוּ oblectabimini, rad. שעה. (a) יִמְשְׁלוּ dominabuntur: יִגַּשׁ accedet, rad. נגש: יִגֶל exulabit, rad. גלה. (b) אֶמְשֹׁל dominabor: אֶפֹּל cadam, rad. נפל. (c) נִשְׁחַת corruptus erat: נֶאֱכֶלֶת quæ comeditur: נִדְחָה expulsa est, rad. נדח. (d) אֶנָּחֵם consolatione erigar: הִגָּלוּ revelamini, rad. גלה. הִכּוֹן paratus esto, rad. כון. (e) אֶדַּמָּה assimilabo me; הִטַּהֲרְנוּ mundavimus nos: תִּתַּמָּם

ε. (..) *Ante primam indageschabilem* Kamezatam, designat *Niphal* [f]; alias *Kal* [g].

ϛ. (וֹ) *Ante primam* א, notat *Kal* [h]; alias *Hiphil* [i]: vel etiam Præteritum ac Participium *Niphal* [k]; si scil. Præformativum נ fuerit, & media nec (..) habeat, nec chireck. Extraordinarie Hophal [l].

3. Quod *si prima Gutturalis mobilis* fuerit, *aut secunda* actu *Quiescens*, *vel Geminata*, tunc Conjugationes *distinguit Punctum* vocale *ultimam* radicalem *præcedens*. Nam

α. (וֹ) [m], (וּ) [n], (ֻ) [o], (ָ) chatuph [p], & *scheva* [q], indicant *Kal*.

β. *Chirek* [r], (..) [s], vel (∵) [t]; designant *Hiphil*.

integrum Te exhibebis. (f) יֵאָמֵר dicetur, תֵּהָפֵךְ verteris, הֵעָשׂוֹתוֹ effici illud. (g) תֵּתַע errabis, rad. תעה. אֵלֵךְ *ibo*, ex ילך. (h) תֹּאמֵר dices: יֹאפוּ coquent, ex אפה. (i) הוֹלִיד genuit, מוֹגַיִךְ mœrore te afficientes, rad. יגה. (k) נוֹלְדוּ nati sunt. (l) הוֹדַע notum factum est; ex sententia sc. R. D. Kimchi. (m) יָהֲלֹךְ ibit, אָבוֹא veniam, יָסֹב circumdabit. (n) יְקוּמוּן surgent. (o) יָקֻמוּ surgent: וַיָּרֻם & vermificavit. (p) וַיָּקָם & surrexit. (q) יַאַרְכוּ prolongabuntur: יַחְסְרוּ deficient. (r) הֶאֱרִיךְ prolongavit: הֲקִמֹתִי constitui, יְסֻבֵּנִי circumdabit me. (s) הַעֲבֵר averte: הָקֵם erige, יָקֵל allevabit. (t) תַּאֲמֶן credes,

Obſ. 1. Etiam hic *Præformativi* (ָ) *chatuph* [u], (וּ) [x], & (ֻ) [y], *indicant Hophal.*

Obſ. 2. Ita (∵) & (.) ante primam dageſchatam, ac (..) ob dageſch extruſum [z], etiam hic denotant *Niphal.*

Obſ. 3. *Piel* vero *vel Pual deſignant*

(α). *Radicales* vel *geminatæ* [a], vel tribus plures [b]; nec non

(β). וֹ *ante ſecundam tertiæ ſimilem* [c]. In quibus *Pual* unice *differt a Piel per* (-) [c], aut (ָ) [c] *mediæ radicalis.*

4. *Quoad formam* prorſus *non differunt*

(α). *Tert.* ſingul. Præt. *Niphal*, itemque Intran-

וַיָּגֶל & devolvit, rad. גלל. (u) הָחְבָּאוּ abduntur, הָעָבְדֵם cogemini illis ſervire, הָשַׁמָּה deſolari eam. (x) יוּשַׁב reducetur, מוּסַבּוֹת converſæ. (y) חֻסַּג averſum eſt, rad. סוג, מֻסַבּוֹת circum incluſæ, rad. סבב. (z) לֵאוֹר *ad illuſtrandum*, pro לְהֵאוֹר. Ita וַתֵּקַל & vilis habita fuit, וָאֵקַל & vilis habeor &c. יֵמַר amareſcet &c. (a) יְכַלְכְּלֶךָ ſuſtentabit te, rad. כול, יְסַכְסֵךְ commiſcebit, rad. סכך: כִּמְתַעְתֵּעַ tanquam ſeducturus, rad. תעה. (b) תְּתַחֲרֶה commiſcebis te, (c) יְכֹנְנֶהָ aptabit eam, rad. כון, יְקוֹצְצוּ conterent, rad. רצץ. (d) עוֹלַל factus eſt; ſed עוֹלֵל fac, rad. עלל. (e) מְגוֹלָלָה volutatum, מְגוֹרָרוֹת ſerra diſſectæ.

transitivorum [f] ac Gutturalem in ultima syllaba habentium [g] *prima Plur. Fut. Kal*, nec non quorundam Quiescentium [h], ac Geminantium [i] Ain prima Plural. Fut. tam Kal, quam Hiphil. Item

(β). *Verba* לוה *quorum prima Gutturalis* fuerit [k], *in Fut. Kal & Hiphil*, extra primam personam singularis; ac

(γ). Sæpius *Quiescentia Ain, quorum ultima syllaba Gutturalem habet* [l] *vel* ר [m], *in toto Fut. Kal & Hiphil.*

Proinde vel *solo Usu secernantur, vel Contextu.*

(f) נֶחְמַד desideratus fuit, Præt. Niph. נֶחְדַּל desistemus, 1. f. Kal. conf. §. 41. III. Obs. 3. נִכְנַע humiliatus est; sed נִכְבַּד graves erimus. (g) נִשְׁמַע auditus fuit; sed Jos. 1. 17. נִשְׁמַע audiemus. Ita *si Futuro Kal* ה *Paragogicum accesserit*, extra pausam *semper coincidet cum 3. fœm. præt. Niphal.* v. g. נִתְפְּשָׂה capta est; sed נִשְׂרְפָה comburemus. (h) נָכוֹן stabilitus; sed נָבוֹא veniemus. (i) נָסַב circumductus est, ex סבב in Niph. Sed נְבַר purgabimus, in Hiph. (k) Gen. 2. 6. יַעֲלֶה ascendet, in Kal; sed Lev. 17. 8. יַעֲלֶה offeret. (l) וַיִּנָּע & commotus fuit, in *Kal*; sed וַיֵּרַע & malefecit, in *Hiphil.* (m) Ex. 8. 36. וַיָּסַר & recessit. Gen. 8. 13. וַיָּסַר & amovit: quorum illud ex Kal, hoc ex Hiphil.

§. 60.

Radix investigatur, *si* una cum punctis

I. *Abjiciantur* omnes actu *servientes literæ*. Quarum

1. *Extra essentiales*

(α). *Consignificativæ* Tyroni *innotescunt ex Versione* latina; quæ Præpositiones, Articulum, Copulam, vel Pronomina Nominibus ac Verbis adjicit.

(β). *Otiosæ* vel *ex constructione* cognoscuntur; vel ex regulis Figurarum voci aliquid addentium: cujusmodi §. 52. 53. 54.

2. *Essentialiter Serviles* manifestant §. 29. 31. 32. 33. 41. 42. item §. 44. I. 2. ac §. 46. II. approbati a contextu [n].

3. *Si quæ* deprehenditur *semper - Radicalis*, *eidem connumeremus alias*, vel præcedentes [o], vel subsequentes [p], vel utrinque [q], *donec Thema expleant*.

4. *Ex*

(n) תָּמִים *integer*. Si quis hic prætextu §. 33. terminationem ים tollere vellet; contextus, quo de viro unico dicitur, atque ideo etiam cum verbo sing. construitur, repugnaret. (o) לְנִתָּחֶיהָ *in membra sua*; si literæ ה tanquam semper radicali connumerentur duæ præcedentes, thema prodit נתח, reliquis abjectis. (p) אַזְכָּרָתָהּ *memoriale ejus*; literæ ת semper radicali connumerentur duæ subsequentes, reliquis repudiatis. בְּשָׁפְכֵךְ *effundente te*. ם semper radicale est; quo servato, nec cum dua-

4. *Ex* literis mere *Servilibus*, *ea*, *quæ sede* sibi ad serviendum *minus propria deprehenditur*, *habetur pro Radicali*; tot connumeratis aliis, quot ad radicem necessariæ [r].

5. Quod *si inter abundantes fuerint* י [s], *vel* ו [t]; *tentemus* primum, *utrum*, *illis* tanquam fulcris *pereuntibus*, *Radix* conveniens [u] *prodeat*: sin minus, retineamus easdem, abjectis aliis [x].

6. Si Literæ plures tribus repetitæ alternatim ponantur,

(α) tertia primæ similis tollatur [y]: vel

(β) tertia cum quarta simul abjiciatur [z].

bus seqq. radicem dabilem constituit, nec cum præcedentibus: sed cum præcedente & sequente, reliquis abjectis, est שָׁפַךְ *fudit* &c. (r) לְמִמְשָׁלֶת cum ל circa finem non serviat, assumto ei connumeremus duas præcedentes, reliquis ablatis. (s) הָעֲשִׂירִית *decima ista*. Articulo ה cum nota fœm. gen. ת, ac gemino fulcro י pereuntibus, radix relinquitur עשר. (t) יִשְׁבּוֹת *cessabit*, sublato י & ו, radix provenit שָׁבַת. (u) חוֹסִים *sperantes*: post ים plur. tollatur etiam ו; nec enim radicis חום significatio quadrat, nec forma. (x) תּוֹצֵא *prodire sinat*: sublato ו, foret תצא quod inusitatum; retento igitur eo, & observato II. 2. (β). tollatur ת, ut prodeat יצא. (y) הִתְגֹּלְלוּ *devolvunt sese*, ex גלל. יְבַלְכְּלוּךְ *sustentabunt te* ex כול, coll. II. 2. (α). (z) כְּמַתְעֵתַע *ut seductor*, ex תעה *erravit*, coll.

Quo facto,

II. *Si tres literæ remanserint*,

1. *In Lexicis obviæ*, ac contextui convenientes, *Radicem faciunt*, punctandam juxta §. 41.

2. *Non occurrentibus* illis *in Lexicis*, convenienter Contextui,

(α). *Secunda tertiæ similis vertatur in* ו [a].

(β). *Prima* ו *in* י *mutetur* [b]; *tertia* vero ו [c] *vel* י [d] *vertatur in* ה.

